



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

de nocte dormiendum, & non vigi-
landum, ne iura temeretur diuina:
qui noctem ad requiem sicut diem
constituit ad laborē. Sed cū ex phan-
tasmatum suorū erubescencia mens
eorū efficiatur ebria, & suppetat eis
somnia materia, impletur in eis il-
lud, id est, ad Thessalonicenses: Qui Theff. 1.
dormiunt, nocte dormiunt; & qui e-
brii sunt, nocte ebrii sunt. Igitur fra-
tres, non dormiamus sicut & ipsi, sed
vigilemus & sobrii simus. Nō enim
sumus filij noctis & tenebrarum,
sed filij lucis.

CAP. XIII.

Prosequenda sunt breuiter ea,
quæ ab Episcopo in dedicatio-
nibus geruntur, ut eorum visis sig-
nationibus spiritualis sensus aliquis
habeatur. Notandū ergo, qd̄ ea quæ
in Ecclesia fiūt visibiliter, in anima
Deus operatur inuisibiliter, quæ ve-
rè Dei tēplum est, sicut scriptū est,

Mysticè
exponit
ea, quæ
ab Episco-
po in de-
dicatio-
nibus ge-
runtur:
latiusq;
prosequi-
tur singu-
la.

Tem-
la.

1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos: ubi fides fundamentum iacit, spes erigit, charitas consummat & perficit. Ecclesia igitur dedicanda, anima sanctificanda, aqua, poenitentia, sal, sapiens, trina aspersio, trina baptismi immersio, luminaria, 12. Apostoli crucis mysterium prædicantes, Pontifex Christus, virga potestas eius, trina percussio, coelestium, terrestrium, & infernorum dominatio seruitura Christo, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Interrogatio inclusi, ignorantia populi, apertio ostij, euacuatio peccati, Intrans Pontifex præcatur domui pacem: Ingrediens Christus in mundum, pacem fecit inter Deum & hominem: deinde prostratus erat pro sanctificatione domus: & Christus ad passionem humiliatus erat pro discipulis suis, & pro credituris omnibus. Descriptio alphabe-

Philip. 2.

phabe-

phabeti in pavimento, simplex do-
 ctrina fidei est in corde humano,
 versus a sinistro angulo Oriētis, du-
 ctus in dextrum Occidentis: & al-
 ter a dextro angulo Orientis, in si-
 nistrum Occidentis, crucem repræ-
 sentant, & collectionem utriusq;
 populi figurant. Unde Iacob can- Gen.
 cellatis manibus filiis Ioseph bene-
 dixit. Christus ab Oriente transi-
 ens, in sinistra reliquit Iudæos, &
 venit ad gentes: quæ cum prius es-
 sent in Occidente & in sinistra: de-
 dit esse in Oriente, & in dextra. &
 tandem à gentibus in dextra Oriē-
 tis visitabit Iudæos in sinistro angu-
 lo Occidentis: Deinde stans Episco-
 pus ante altare invocat Deum in
 adiutorium; significās eos, qui per-
 cepta fide se preparant ad pugnam
 tentationum; & quia adhuc in cer-
 tamine sunt, quasi inter suspiria,
 nondū adhuc adiungitur Alleluia.
Post

Post hæc aqua benedicitur cum sale & cinere, addito vino misto aqua. Aqua populus, Sal doctrina, cinis memoria passionis Christi, vinum iucunditas diuinitatis, aqua, passibilitas humanitatis: quæ duo coniunguntur, quia istæ due in Christo uniebantur. Aspersarium de yso, quo Ecclesia aspersa mundatur, humilitas, per quam anima sanctificatur: funditur aqua benedicta ad basim altaris, quia Deo humiliter committendum est, quod excedit vires humanas in diuinis mysterijs. Altare linteo extergitur, quia caro Christi, & etiã cuiuslibet Christiani ad gloriã immortalitatis per multas passiones perducitur. Offert Pontifex thus super altare accensum in modum crucis in medio altaris, & per quatuor angulos eius de oleo sanctificato crucem facit: & deinde tres cruce-

ees per singulos parietes Ecclesia de eodem oleo, & sic consecratione, albo velamine incensum, orationes. oleum, gratia spiritus sancti. Crux per quatuor angulos facta, Christi passio per quatuor climata mundi declarata. velamen album, immortalitatis gaudium.

CAP. XIII.

Post sollemnitatem vigiliarum sequitur de impositione reliquiarum. Unde canon dicit, quod altaria evertantur, in quibus reliquie nulle probantur, & c. que sequuntur. Sanctorum enim membra & corpora vera Dei sunt animata templa, per que divina accipimus responsa coniugis, & deuota agitur in cordibus eorum memoria. Et ideo Ecclesiam dedicatam intrantes, ut oremus dignum & iustum est, ut eos, quorum ibi viget memoria, presentes in cordibus habeamus,

Solemni-
tatem vi-
giliarum
sequitur
imposi-
tio reli-
quiarum.